Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et ingemiscentes filii israhel propter opera uoci
ferati sunt, ascenditque clamor eorum ad deum
ab operibus. et audiuit gemitum eorum. ac re
cordatus est federis quod pepigerat cum
abraham. ysaac et iacob. et respexit fi
lios israhel et cognouit eos. Moyses autem
pascebat oues iethro soceri sui. sacerdo
tis madian. Cumque minasset gregem
ad interiora deserti. uenit ad montem dei
oreb. apparuitque ei dominus in flamma ig
nis de medio rubi. et uidebat quod rubus
arderet et non combureretur. R. Ecce mit
to angelum meum qui precedat te et custodi
at semper obserua et audi uocem meam et
inimicus ero inimicis tuis et affligentes
te affligam et precedet te angelus meus.
V. Israhel si me audieris non erit in te deus
recens neque adorabis deum alienum ego enim
dominus. Et precedet. Dixit ergo moyses.
Vadam et uidebo uisionem hanc mag
nam. quare non comburatur rubus. Cernens au
tem dominus quod pergeret ad uidendum. uo
cauit eum de medio rubi et ait. Moy
ses moyses. Qui respondit. Assum. At
ille ne appropies inquit huc. Solue cal
ciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo
stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris
tui. deus abraham. et deus ysaac et deus iacob.
R. Moyses famulus domini ieiunauit quadra
ginta diebus et quadraginta noctibus ut le
gem domini mereretur accipere. V. Ascendit
moyses in montem synai. Ut legem. Ab
scondit moyses faciem suam. Non enim
audebat respicere contra deum. Cui ait
dominus. Vidi afflictionem populi mei qui est in
egypto. et clamorem eius audiui propter duriciam
eorum qui presunt operibus. et sciens dolorem eius des
cendi ut liberarem eum de manu egypti
orum. et educerem de terra illa in terram bonam et
spaciosam. in terram que fluit lacte et melle.
ad loca chananei. ethei. et amorrei. ferezei.
et euei. et iebusei. Clamor ergo filiorum israhel
uenit ad me. uidique afflictionem eorum qua
ab egyptiis opprimuntur. Sed ueni mittam te
ad pharaonem. ut educas populum meum filios
israhel de egypto. R. Splendida facta est faci
es moysi dum respiceret in eum dominus ui
dentes seniores claritatem uultus eius admi
rantes timuerunt ualde. V. Descendit mo
yses de monte portans duas tabulas lapideas
in manibus suis scriptas utrasque digito dei. Videntes.
Ad cant. A. De quinque panibus et duobus piscibus
saciauit dominus quinque milia hominum. Secundum
In illo tempore. Abiit ihesus Iohannem.
trans mare galilee. quod est tyberiadis. Et
sequebatur eum multitudo magna. quia ui
debant signa que faciebat super his qui in
firmabantur. Et reliqua. Omelia V. BEDE PRESBYTERI.
Qui signa et miracula domini et sal
uatoris recte cum legunt uel au
diunt accipiunt. non tam in his
quid foris studeant attendunt.
quam quid horum exemplo ipsi interius agere. quod
in his mysticum pretendere debeant inspi
ciunt. Ecce enim propinquante pascha die
festo iudeorum. sequentem se multitudinem